



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens Primordia Christianæ Religionis Per Boiariam Et Loca quædam vicina; Catalogum videlicet & ordinariam successionem Archiepiscoporum Salisburgensium, & Coëpiscoporum, Frisingensium, Ratisponensium, Patauiensium, ac Brixinensium

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Diploma seu literae consensus Ludouici Regis huius sunt tenoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13553**

ad vicem Theotmari archiepiscopi recognoscitur. Datum XIV. Kal. Februarij, Anno Domini DCCCC. Indict. IV. Anno verò regni reg. Ludovicus I. Actum in ciuitate Ratifponâ in Dei nomine feliciter. Amen.

h. h. *Diploma seu literæ consensus Ludouici Regis huius sunt tenoris.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis LV DVV I CVS diuina largiente gratia REX; Liquidò enim confidimus, si erga diuina MONASTERIA Deo seruientibus aliquod solamen largituri sumus, nobis in perpetuum, & ad stabilitatem Regni nostri prodesse. Quapropter nouerit omnium fidelium presentium atque futurorum solertia, qualiter quidam COMES nomine ARBO, & ENGELMAR PURCHARDI EPISCOPI Vassallus, licentiâ eiusdem Episcopi, celsitudinem nostræ dominationis humili admonitione flagitantes adierunt, vt quibusdam CANONICIS PATAVIENSIVM Deo & sancto STEPHANO protomartyri Christi die noctuque famulantibus quædam loca, quæ antea vnâ cum decimatione ab illius sedis Rectoribus, scilicet Episcopis, in beneficium habere noscantur, in proprietatem concederemus. Nos verò, ob amorem Domini nostri IESU Christi & sancti Stephani, licentiâ Purchardi eiusdem Ecclesiæ sedis Episcopi, concessimus supra dictis CANONICIS PATAVIÆ loca vnâ cum DECIMATIONIBVS cunctis ad illa loca iustè pertinentibus, quæ antea in beneficia habuerunt, hoc est, in primis PRAMA, deinde GYRCANA, LVPIHCHINESPACH, POLLINGA, HOHINHART, ALTHAIM, OSTARYNAHA, IMATACHGOVE. Præterea etiam CHORPHAIM, HOHINSTAT, & SCHÆRDINGA, cum omnibus ad iam nominata loca iustè & rationabiliter aspicientibus, terris cultis & incultis, campis, syluis, aquis, aquarum decursibus, mobilibus & immobilibus, quasitis & inquisitis, moleninis, piscationibus, vijs & inuijs, exitibus & regressibus, decimationibus totis INTVS & EXTRA, prope ac longè, omnia ex integro supra memoratis CANONICIS ibidem Deo & sancto Stephano militantibus in propriam potestatem perpetualiter donamus, ita vt nullus successorum nostrorum, nec de successoribus videlicet Episcopis suprascriptæ Sedis, aliquid de eis rebus minuire aut distrahere audeat, quæ pro remedio animæ nostræ, ac genitoris atque nostri antenominatis CANONICIS concessimus, & iussimus exinde hoc nostræ auctoritatis præceptum conscribi, per quod decernimus atque iubemus, vt hæc donationis nostræ donatio ab omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ presentium atque futurorum verius credatur, & diligentius conseruetur: manu propria nostra subter eam confirmauimus, & annuli nostri impressione sigillari iussimus. Signum Serenissimi Regis Ludovicus. E spero notarius ad vicem Theotmari Archiepiscopi recognoui & subscripsi. Data II. Idus Aug. Anno incarnationis domini DCCCC. III. Indictione VI. Anno regni Ludovicus Serenissimi Regis. Actum OTTINGA curia regia. In dei nomine feliciter. Amen.

ii. *Sequuntur duo Diplomata Leonis scil. VII. & Agapeti II. quorum Hundius hic meminit, Ex peruetusto Cod. Richerspergen. descripta.*

LEO